

B. 61

19

Q. D. B. V.

DIE XXX MARTII HORA VIII
QVINQUE SELECTAE CLASSIS ADHUC DISCIPULI
VERBIS INTER COMMILITONES IN PAEDAGOGIO
REGIO VLTIMIS

DE ΠΑΤΡΙΔΟΜΑΝΙΑΣ VITIO

DICENT

ATQVE SIC

PUBLICAM IVVENTVTIS SCHOLASTICAE LVSTRA-
TIONEM EODEM ET INSEQUENTI DIE AD HORAM VSQVE
XII ET POST MERIDIEM A II AD VI CONTINVANDAM
AVSPICABVNTVR.

IN QVO NEGOTIO
VT HONORIFICA PRAESENTIA SVA
SCHOLARVM

**PATRONI, FAVTORES
ET AMICI**

EXCITARE TAM DOCENTIVM QVAM DISCEN-
TIVM INDVSTRIAM NE DEDIGNENTVR,
HVMANITER AC PEROFFICIOSE

ROGAT

HIERONYMVSV FREYER,
PAEDAGOGII REGII INSPECTOR.

PATER MONS PATER



Nte Psammietichum regem Aegyptii non tantum de summa gentis lux antiquitate gloriabantur, sed omnium etiam hominum se primos esse existimabant. Ergo cupidus eius rei cognoscendæ Psammietichus quum nullum inuestigationis exitum inueniret: ut eo minus falleretur, experimento verum discere adgressus est. Duos enim humili loco et iecens natos pueros in deserta casa concludi iussit, capris tandem ad laetandos eos atque educandos admisis. Biennio igitur exacto quum pastor, cui hoc negotium datum fuerat, appetiret ianuam atque intraret: porrexit ambo manibus obuiam ei procurrere ac *βίαν* exclamare coeperunt. Tradit hoc l. ii c. ii Herodotus: additque, regem eo cognito summa diligentia exquiri istam gentem iussisse, quæ hoc vocabulo vteretur; et quum Phrygum illud esse ac *panem* notare intellexisset, factum, vt his solis se posteriores Aegyptii, ceteris autem omnibus antiquiores crederent. Discrepat autem ab hac Herodoti narratione aliquantum Iustinus hist. Phil. l. ii c. i, inter Scythas hanc et Aegyptios de generis vetustate contentionem fuisse ex Trogro Pompeio referens: rationibus etiam adductis, quibus se gens vtraquie tueri studuerit. Pro Phrygibus quidem id facere videtur, quod apud eundem Herodotum l. iv c. v ipsi Scythæ facentur, *νεώτερον απάντων ἐθνέαν οὐκ τὸ σφέτερον, gentem* *σαν* *omnium esse nouissimam.* Neque tamen eo minus cognoscimus: allata apud Iustinum vtrōbique argumenta: quia satis ingeniosa

niosa sunt ac Scythurum præsertim talia, ut non immerito suspi-
cari liceat, plures forte quam vnum inter eos Auacharsin fuisse.
Prædicabant autem Aegyptii, initio rerum, quum aliæ terræ
nimis feruore solis arderent, aliae rigerent frigoris immunitate;
ita, ut non modo primæ generare homines, sed ne adue-
nas quidem recipere ac tueri possent: priusquam aduersus ca-
lorem vel frigus velamenta corporis inuenirentur, vel locorum
vitia quævis arie remedios mollirentur. Aegyptum ita tem-
peratam semper fuisse, ut neque hiberna frigora nec æstivi
solis ardores incolas eius premerent, solum ita secundum, ut
alimentorum in usum hominum nulla terra feracior fuerit.
Iure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi edu-
cari facillime possint. Contra Scythæ cæli temperamentum
nullum esse vetustatis argumentum putabant. Quippe natu-
ram, quum primum incrementa caloris ac frigoris regionibus
distinxerit, statim ad locorum patientiam animalia quæque
generasse; sed et arborum atque frugum pro regionum con-
ditione aptæ genera variata: et quanto Scythis sit cælum a-
spierius quam Aegyptiis, tanto corpora et ingenia esse durio-
ra. Ceterum si mundi, quæ nunc partes sunt, aliquando uni-
tas fuerit; siue illuuiies aquarum principio rerum terras te-
nuerit; siue ignis, qui et mundum genuerit, cuncta posse derit:
utriusque primordii Scythes origine præpare. Nam si ignis
prima possesto rerum fuerit, qui paullatim extinctus sedem
terris dederit: nullam prius quam septentrionalem partem
hiemis rigore ab igne secretam, adeo ut nunc quoque nulla
magis rigeat frigoribus. Aegyptum vero et totum orientem
tardissime temperatum, quippe qui etiam nunc torrenti calore
solis exestuet. Quod si omnes quondam terræ submersæ pro-
fundo fuerint: profecto editissimam quamque partem decur-
rentibus aquis primum detestam, humillimo autem solo eam
dem aquam diutissime immoratam; et quanto prior quæque
pirs

pars terrarum siccata sit, tanto prius animalia generare cœpisse. Porro Scythiam adeo editiorem omnibus terris esse, ut cuncta flumina ibi nata in Maeotim, tum deinde in Ponticum et Aegyptium mare decurrant. Aegyptum autem, que tot regum, tot seculorum cura impensaque munita sit, et aduersum vim incurrentium aquarum tantis structa molibus, tot fossis concisa, vt, quum his arceantur, illis recipientur aquæ; nihil minus coli, nisi excluso Nilo, non potuerit: non posse videri hominum vetustate ultimam que, siue ex aggerationibus regum siue Nili trahentis limum, terrarum recentissima videatur. Hæc vtriusque partis argumenta dicuntur fuisse: quæ quidem examinare iam momentoque suo ponderare instituti mei non est. Neque etiam operæ pretium fuerit hoc facere: quum per se pateat, vniuersam fere disputationem lubrico sane fundamento, id est, vulgari illi gentilium veterum errori superstrui, in quo etiam nunc Sinenses, Berneggero ad hunc ipsum Iustini locum obseruante, versari dicuntur, existimantes, non a Deo conditos initio homines, sed e terra stirpium instar ortos esse. Interim controversiæ hic euentus erat, vt superatis Aegyptiis antiquiores Scythæ viderentur. Quod si verum est: aut in Scythis inuenire poterat, quos inter Praeadamitas suos, frustra alibi quæsitos, referret Isaacus Peyerius; aut iam tum de annalium Aegyptiorum fide inter homines dubitatum fuit. Hi enim, quod ex Pomponio Mela l. i c. ix discimus, iam ante Amasini, æqualem Cyri ac vix annis centum Psammeticho posteriorem, trecentos et triginta reges et supra tredecim millium annorum ætates referunt: mandatumque litteris seruant, dum Aegyptii sunt, quater cursus suos vertisse sidera; ac solem bis iam occidisse, vnde nunc oritur. Quod quam absurdum sit, nullo negotio intelligunt, qui diuinam sacrarum litterarum autoritatem fatentur: et tamen auget hunc numerum Manetho, vir Aegyptius, et vetus quoddam chronicon apud Georgium Syncellum, Marshamo citante in Can. Chron. p. 2; et ita quidem auget, vt maior quam triginta et sex millium annorum summa

conficiatur. Quapropter haud adeo morabimur, si quid erroris et ineptiarum in hoc disputationis genere deprehendimus: sed partim tenebris fabulosissimorum temporum, partim etiam communia in patriam suosque benevolentia tribuemos. Institutum enim naturaliter est homini amare patriam eamdemque locis in orbe terrarum omnibus praeferre. Nec plane mirum id existimari debet: quum vel brutis animantibus sciamus regionem, qua innata sunt, semper dulciorum ceteris atque amabiliorum videri; et feræ iis montibus potissimum ac saltibus inhærent, quos prima consuetudine sibi notiores reddiderunt. Ac pius etiam omnino est talis erga dulcissimum nomen affectus, quod non modo casam partus consciam; non colles, campos, fluum et adsuetam oculis regionem; sed parentes quoque, liberos, propinquos, familiares, ciues; adeoque affectus omnes, siue, ut Cicero Offic. l. i c. vii scribit, *omnes omniam caritates complectitur*. Nimis hæc sunt præcipua tam benevolæ propensionis argumenta, et hæ sunt fauoris caussæ: in quibus forte frustra sit, qui loci celebritatem aut amoenitatem semper velit quærere. Nam suum cuique per se satis pulchrum est: nec magis ad Mycenarum nobiles muros Agamemnon properabit, quam ad Ithacam suam Ulysses. Et quamquam in asperrимis sa-
xis niduli instar hæc adfixa est: tamen, ut Homerus Odyss. l. i v. LVII docet, vel fumum eius surgentem videre magnam felicitatem interpretabitur; nihil motus nec fortunata Circes insula, nec amoenis Aleijnoi hortis, nec delicato ac molli Calypso secessu. Quæ quum ita sint: quis erit, qui miretur, in laudes prouum esse affectum eundem; et in arenam quoque descendere, si quam defensionem requirere patriæ aut gentis existimatio ac dignitas videatur? Notum est illud Euripidis in Telepho apud Stobæum serm. XXXVII:

Σπάρτην ἐλαχες, καίνη κόσμος,
Τας δὲ Μυκῆνας ἡμεῖς ιδίᾳ.

Quod ira latine reddit Conradus Gesnerus:

Spartam sortitus es, istam orna?

Nos vero ex nostra parte Mycenæ ornabimus.

Et

Et satis quidem bene hoc, si modo et illud Horatii serm. l. 1 sat. 1
v. cxi obseruetur:

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit confondere rectum.*

Quemadmodum enim non tantopere admirari peregrina qua-
uis debemus, vt domestica nobis contemtui sint: ita nec no-
stris adeo delectari rebus decet, vt aliena nobis plane sordeant;
nec nisi cum grano salis, quod aiunt, accipiendum est hoc, quod
apud eundem Stobæum legitur, Euripideum,

*Οὐ καλῶς Φρονεῖ,
Οὕτις πατρώας γῆς ἀτιμάζων ὄργες
Ἄλλην ἐπειδὴ καὶ τεόποισιν ἡδεῖται,*

Non recte sapit,

Qui spretis patriæ terræ finibus

Alteram laudat et moribus gaudet alienis.

Nam circumspecte in hac re versandum et cautio adhibenda est,
vt ad tolerabilem aliquam mediocritatem propensio nostra re-
uocetur. Quod si quis facere neglexerit: illum necesse est aut
ingratum esse in patriam; aut in aliquod vitii genus delabi,
quod peraccommodato *παριδουανίας* vocabulo solemus appellare. Vtrumque non parum turpitudinis habet: et quemadmo-
dum illud a foedissimo *ἀφιλοσοφίας* crimine vix abest, ita hoc
animum prodit stolido vanitatis ac *Φιλαυτίας* morbo laboran-
tem. Quare omnino tenendum non modo, sed etiam distin-
guendum est, *quid patriæ vere debeamus et quid sibi adfe-
ctus benignitas indulgere soleat*: ne qua in re deesse officio
nostrò videamur, neque in benevolentia modum excedere. At-
que hoc pluribus iam et planius vellem demonstrare: nisi ipsum
illud argumentum esset ac materia quinque sermonum, quos an-
te discessum ex Pedagogio Regio craftina luce habituri sunt toti-
dem iuuenes eximii et studiorum academicorum haud indigni
candidati; IOANNES ANDREAS Wiegelen; Gothanus; IOANNES
GEORGIVS Siegenhirt; Atho-Belgicus; IULIUS GODFREDVS Schil-
ler; Guelserbyto-Brunsuicensis; THEOPHILVS FRIDERICVS Linden-
berg/

berg / Lubecensis; et IOANNES VLRICVS CHRISTIANVS Köppen;
Soltquellensis Palæomarchicus. In qua nominum dispositione
tempus potius, quo in disciplinam nostram traditi sunt singuli;
quam locum atque ordinem respicere placuit, vt pote quo pares
apud nos censerit omnes solent; labore autem ipsum sic inter
se partiti sunt, vt primus *de ipsa patria et officiis illi debitū*
carmine heroico latino; secundus *de excessibus amoris in patriam*
latina prosa dicturus; tertius *exempla πατριδουατις recentiora ex nationibus potissimum occidentalibus* sermone pa-
trio soluto allaturus; quartus autem *ante,* quam ad septemtriona-
les populos progrediatur, *in ipsis etiam Germanos inquisi-*
turus; et quintus tandem *præmisit obseruationibus totum hoc*
argumentum illustrantibus votoque pro salute et pace patriæ
concepto ceterorum commilitonum nomine gratias poemate ger-
manico illis *ažurus sit,* quibus se debere omnes intelligunt,
ex quo eruditiri bonis artibus in Pædagogio Regio coepерunt.
Sic extractis cras horis antemeridianis reliquum utriusque diei
tempus ceteris disciplinæ nostræ alumnis cedet, diligentia ac
progressum rationem non minus quam isti reddituris. Qui-
cumque igitur scholarum PATRONI, FAVTORES ET AMICI sunt: eos
non possum quin publico Pædagogii Regii nomine etiam atque
etiam et cum debita obseruantia et officiorum pollicitatione ro-
gem, vt adiuuare hos conatus nostros honorifica præsentia sua;
et, quem sapienter testati sunt, in bonas litteras fauorem denuo
declarare ne grauentur. Ceterum non modo vt abeuntes
aque ac manentes in salutem patriæ adolescent: sed vt viuier-
fas etiam terras Borussicas ex grauiissimo vulnere recreet supre-
mus rerum arbiter; et, quem summa spei REGEM PATREMQUE
iis dedit, cum Augustissima domo incolumem ac felicem quam
diutissime conseruet, ex animo omnes precamur. P. P.
Glauchæ ad Halam Magdeburgicam IV Cal. April. A. O. R.
CIO 1500 XIII.

CON-

**CONSPECTVS AC SERIES
LVSTRATIONIS PVBLICAE
DIE XXX ET XXXI MARTII
IN PAEDAGOGIO REGIO
SVSCIPENDAE.**

CONSTITUTA AC SERVATA
LASTRATIUSIS PUBLIQUE
DIE XXII ET XXXI MARTII
IN PEDAGOGIO RECIO
ASCENDENS

I. N. I.

DIE XXX MARTII

Ab hora VIII matutina ad XII meridianam

1. Quinque selectæ classis discipuli, per annum superiorem integrum in latinitatis, theologiae thetico - hermeneuticæ, philosophiae instrumentalis atque practicæ studio cum quotidianis stili tam germanici quam romani exercitiis coniuncto versati, prodibunt et ad quæstiones ex his disciplinis petendas respondebunt.
2. Hoc factò ultimos iidem in Pædagogio Regio sermones habebunt, quorum argumentum et materia ex ipsa programmati lectione cognosci potest.

Ab hora II pomeridiana ad VI vespertinam sequetur

- | | |
|----------------------------|----------------|
| 1. Clasfis theologica III. | 6. Latina I. |
| 2. Latina V. | 7. Hebræa III. |
| 3. Latina IV. | 8. Hebræa I. |
| 4. Larina III. | 9. Logica. |
| 5. Latina II. | 10. Anatomica. |

DIE XXXI MARTII

Ab hora VIII matutina ad XII meridianam

- | | |
|-------------------|------------------|
| 1. Theologica II. | 6. Gallica I. |
| 2. Græca II. | 7. Geographicæ. |
| 3. Græca II. | 8. Arithmeticæ. |
| 4. Græca I. | 9. Historica. |
| 5. Gallica II. | 10. Mathematicæ. |

Ab hora II pomeridiana ad VI vespertinam

- | | |
|--------------------------------|--|
| 1. Theologica I. | 9. Præparatio arithmeticæ I. |
| 2. Oratoria germanica. | 10. Præparatio geographicæ. |
| 3. Oratoria latina. | 11. Præparatio historica. |
| 4. Poetica latina II. | 12. Præparatio mathematicæ. |
| 5. Poetica latina I. | 13. Repetitio geographicæ - literaria. |
| 6. Præparatio heb. za. | 14. Præparatio astronomica. |
| 7. Præparatio arithmeticæ III. | 15. Physica experimentalis. |
| 8. Præparatio arithmeticæ II. | |

Ex

Ex ORATIONIBVS,
quæ vtroque die ceteris lectionibus interserentur.
sunt,

I. Latine quatuor; et quidem

1. De via consequenda felicitatis recte incunda dicet Fridericus
Wilhelmus, Liber Baro de Herzberg/ Altenburgicus.
2. De falso studiorum scopo Gotthilf Augustus Francke/ Ha-
lensis.
3. De latinitate obseruanda Ioachimus Ludolphus Bünemann/
Calbensis Palæomarchicus.
4. De cauſis rediſ ſcholasticis in iuuueniis Carolus Detleuius
Müller/ Gustrouiensis-Mecklenburgicus.

II. Greca una, qua Ioannes Eduardus Kettet / Smyrnensis Asiati-
cus, dama reeſenbit, que contemtum gracarum litterarum
consequuntur.

III. Germanica tres: vbi

1. Virtutis exſilium ſub Aretophili nomine fictione quadam
poetica exponet Iuſtinus Tobias Zöllner / Panifio-Lipſi-
ensis.
2. Poefeos germanicae piaſtantiam eodem ſere carminis genere Sa-
muel Gelschop/ Hauelbergensis Marchicus.
3. Cauſas diſsimilium in diſcendo progreſſuum Ioannes Conra-
dus Pommier/ Venetus.

IV. Gallica dua: nam

1. Inconstantiam vita humana ſub imagine comœdia delineatam
mirabitur Nicolaus Ludouicus, S. R. I. Comes de Zin-
hendorff et Pottendorff/ Dresdensis. Et
2. De ſtudiorum litterarum militie preferendis dicet Ludolphus
Conradus Leberecht Hildebrand / Liber Baro de Löben/
Berolinensis.

His tandem accenſendi ſunt Philippus Antonius Nieth/ Cobur-
go-Francus; Laurentius Fridericus de Broreich/ eques Pome-
ranus; et Ulricus Conradus de Broizen/ Brunſuicenſis: qui
finem cuiusque penſi debita beneuolis auditoribus gra-
tiarum actione facient.



AL 364 ^a

(1)



56,

3. 12.



19

Q. D. B. V.
DIE XXX MARTII HORA VIII
QVINQUE SELECTAE CLASSIS ADHVC DISCIPULI
VERBIS INTER COMMITTONES IN PAEDAGOGIO
REGIO VLTIMIS
DE ΠΑΤΡΙΔΟΜΑΝΙΑΣ VITIO
DICENT
ATQVE SIC
PUBLICAM IVVENTVTIS SCHOLASTICAЕ LVSTRA-
TIONEM EODEM ET INSEQUENTI DIE AD HORAM VSQVE
XII ET POST MERIDIEM A II AD VI CONTINVANDAM
AVSPICABVNTVR.
IN QVO NEGOTIO
VT HONORIFICA PRAESENTIA SVA
SCHOLARVM
PATRONI, FAVTORES
ET AMICI
EXCITARE TAM DOCENTIVM QVAM DISCEN-
TIVM INDVSTRIAM NE DEDIGNENTVR,
HUMANITER AC PEROFFICIOSE
ROGAT
HIERONYMVVS FREYER,
PAEDAGOGII REGII INSPECTOR.